

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gula x  
cum fonte primo

Quibuslibet escis refectus uenter seminaria luxurie parit,  
nec preualet mens discrecionum gubernacula moderari ciborum pondere prefocata.  
Non enim sola crapula uini mentem inebriare consueuit,  
uerum eciam cunctarum escarum nimietas uacillantem eam ac nutabundam reddit,  
omnique integritatis ac puritatis contemplacione despoliat.

Iohannes Cassianus de institutis monachorum.

Quibuslibet escis refectus uenter seminaria luxuriae parit  
nec praeualet mens discretionum gubernacula moderari ciborum pondere praefocata.  
non sola crapula uini mentem inebriare consueuit:  
cunctarum escarum nimietas uacillantem eam ac nutabundam reddit  
omnique integritatis ac puritatis contemplacione despoliat.

Iohannes Cassianus, *De institutis coenobiorum*, 5.6 (CSEL 17.1, M. Petschenig ed., pp.85-6, ll.21-25, 1).